

dominii, dictum bellum sie inchoatum pro aliqua urgente necessitate deferatur.

*Item*, non poterunt praefati christianissimus rex et illustrissimus dux et dominium Venetiarum facere aut inire pacem vel treguas cum predicto domino Ludovico, aut alio seu aliis contra quos moverint bellum, communi consensu, nisi hoc fiat etiam communi eorum consensu accidente. Nec poterunt praefati christianissimus rex et excelsum Venetorum dominus cum aliquo principe aut comunitate facere pacem, inducias, aut treguas seu alium tractatum, sine expressa et specifica denominatione alterius tanquam amici et confoederati.

210 *Item*, si contingere regem romanorum movere bellum seu inferre arma praefato christianissimo regi aut subditis suis, propter quod ipse christianissimus non posset ita prompte dare operam, seu intendere ad recuperationem dicti ducatus Mediolani, praefatum Venetum dominium, quam primum fuerit ad hoc a majestati regia requisitum, tenebitur facere et rumpere guerram praefato domino Ludovico, suis sumptibus et expensis, cum numero armatorum et peditum superius designato, tamdiu quamdiu praefatum rex romanorum inferret bellum praefato christianissimo. Qui quidem christianissimus etiam tenebitur eodem tempore movere guerram praefato domino Ludovico, cum tali numero gentium quod comode poterit, consideratis negotiis quibus tunc sua celsitudo implicabitur, ita tamen quod dictus numerus sit sufficiens ad faciendam guerram dicto domino Ludovico. Et similiter, si contingere predictu regem romanorum, post publicationem hujus foederis inferre bellum praefato illustrissimo Venetorum dominio aut subditis illius, hoc in casu dictus christianissimus rex dabit effectualiter praefato dominio omne bonum et legale auxilium contra ipsum regem romanorum, prout melius et expedientius erit.

*Item*, ob considerationem sumptuum et expensarum quas praefatum excelsum Venetorum dominium faciet et sustinebit pro auxilio praestando ipsi christianissimo regi ad predictam acquisitionem seu recuperationem faciendam, prout ante scriptum est, et etiam pro securitate status dicti dominii Veneti, ipse rex christianissimus contentus est, quod civitas Cremonae una cum territorio cremonensi et civitatibus, terris, villis, arcibus, locis et castellis omnibus, cum fluminibus, aquis, territoriis et pertinentiis suis quae pertinent statui et dominio mediolanensi, quae sunt ultra flumen Adua versus Cremam et Brixiam, simulque omnis ora fluvialis cum ripis ipsius fluminis usque ad aquam exclusive, quod flumen et tota aqua

illius integre remanebit ipsi christianissimo regi, sint prefati dominii Veneti, predicta acquisitione dicti ducatus et aliorum dominiorum superdictorum facta, et remaneant in perpetuo, pleno jure, praefato dominio Veneto, illaque semper et libere tanquam sua detineat et possideat, excepto loco et castro Lechi, quod remaneat et remanebit antedicto christianissimo regi et suis successoribus ducibus Mediolani.

Et promiserunt predicte partes: videlicet ipse christianissimus rex personaliter et praefati magnifici dominii oratores nomine praefati dominii et virtute mandati ob eodem dominio eis directi, super 210\* santa Dei evangelia et sub censuris et interdictis apostolicis, bene, legaliter et integre custodire facere et observare, unaquaque partium respective quoad eam attinet, omnia et singula in precedentibus articulis et capitulis comprehensa, secundum formam et tenorem illorum.

A di 16 marzo. In collegio: non fu il principe. 211 Veneno li patroni di Barbaria sier Hironimo Capello q. sier Carlo, sier Zuam di Garzoni de sier Marco et sier Jacomo Moro de sier Antonio, exponendo come si habino indusiato tanto, et non esser possibile possino andar a tempo de muda; per tanto richiedevano a la Signoria fusse perlongà la muda. Et la Signoria comesse a nui savii ai ordeni li aldissimo, et cussi fono alditi, et pur ne parse di far alcuna cossa.

*Du Pisa di proveditori, di 8.* Come hessendo a Luca do per nome dil ducha di Milan desviavano stratioti, prometendo ducati 6 al mexe per uno, che la Signoria li deva *solum* ducati 3, per la qual cossa era scampato uno Costantin Dergori capo di 9 cavalli, fo con la madona di Forlì, et un Botazin da Coron. Et che per nome di ditto ducha era sta dimandato a luchesi alozamento per tre zorni a le zente, non l'hanno voluto dar per non far dispiacer a la Signoria nostra, et alozati in li borgi. Et quel Costantin preditto havia scritto una lettera a essi proveditori: dicendo quasi de voler tornar per esserli seguito li altri stratioti, e non haver abuto quello credeva haber. Et è da saper li stratioti di Pisa sono facti richi, et Sebastian da Pozo luchese disse ozi questi stratioti sono alochj, haveano remesso de qui molti danari. *Item*, ditti proveditori scrivono, quel zorno, a di 8, esser morto misier Zuam da la Riva cavalier citadin da Verona condutier nostro di 100 cavali, era a Pisa, sichè la sua compagnia, quella dil Martnengo, quella di misier Zuam Diedo et di Jacopo Svergnam erano senza capi. *Item*, hanno avisi de Lu-